PETRUS PICTAVIENSIS. PETRUS COMESTOR

Frankreich, 13. Jh. Seite 140v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=901
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bat in antiochia: in asilo. et veniens post eum
menelaus: suasit andronico ut occideret omnia.
qui evocans eum de asilo: occidit eum. et iratus
rex pro morte iusti: andronicum exuit purpu
ra et flagellatum per civitatem: in eodem loco fecit
eum interfici: in quo: ille occiderat oniam. tunc in
in secundo machabeorum dicitur solus iason fuisse frater
onie. et menelaus frater cuiusdam symonis in vi
dens onie: qui persuasit seleuco de communi era
rio spoliando. de quo predictum est. Porro: antio
chus cum percussisset egiptum in dolo: ascendit in
ierusalem. et pro divisione civium: ad libitum fecit in
ea. et percussit multos in israel. et lugebat omnis terra.
Cumque redisset in egiptum et esset repulsus per nun
cios romanorum: post biennium rediit in ierusalem
in furore. et apperuerunt ei portas fauentes sibi.
et interemit contraria sentientes. et expoliauit tem
plum menelao ductore. tollens vasa. et lucernas.
mensam. et sacrarium. et urnam auream. aue
lis quoque non abstinuit. et posuit in templo ydo
lum iouis olimpici. vel hospitalis. vel peregrini. ob
laciones mosaycas fieri prohibuit. altare ereum
amouens. et suillam edere: et ydolo immolare: coe
git iudeos. arcemque muniuit in civitate dd.
in qua posuit presidium macedonum: qui iudeis
erant in omnibus inhumani. Nam quoscumque
circumcidisse filios suos reperissent: suspendebant.
et parvulos ad colla eorum. videntes autem samarite
iudeos hec pati: de consuetudine nature sue. se non
esse cognatos iudeorum fatebantur. et quod hactenus predi
cauerant: templum super garizim dei esse maxi
mi negauerunt. scribentes antiocho in hunc
modum. deo epiphanem: relatio a sichimitis sido
niorum. maiores nostri propter pestes: quandam superstitio
nem sabbatorum secuti sunt: edificantes in gari
zim templum sine numine. veniuntque iudi
ces vestri ad nos. et similia iudeis nobis inferunt.
Dum ab inicio sidones esse noscamus. Cohibe iu
dices tuos ab afflictione nostra. et templum super gari
zim nomine greci iouis petimus dedicari. et ad
iudicauit antiochus facere peticionem eorum.

De machabeis

Tunc multi iudeorum
sponte: quidam
timore: regis iussa secuti sunt.
probati vero: patrius legibus

adheserunt. Erat vir de modum modico iu
dee vico: sacerdos nomine mathatias. filius iohannis.
filii simonis. filii asamonei. de vice ioachim.
i. unius illorum. xx. iiii. quos dauid elegit. In eundem
modum: dictus est zacharias de vice abia. Erantque
ei filii. quinque. Johannes. Simon. Iudas. Eleazarus.
et ionatham. quisque suo cognomine censebatur.
sed sufficit de iuda dicere qui vocabatur macha
beus. hi videntes mala: induti ciliciis plan
xerunt. et venerunt emissarii directi a rege in mo
dum statuentes ydola in loco: quibus cogerent iudeos
immolare. Et dixerunt mathatie. princeps es in
civitate hac. et prior iussa regis imple. Qui clama
uit. Et si omnes obediant regi: ego et filii mei. et
fratres mei: obediemus legi dei celi. non sacrificamus.
Tunc quidam ex iudeis immolauit in medio. et
surgens mathatias cum suis: trucidauit eum
super aram. et nuntios regis interemit. aramque depo
nens: clamauit. Qui dei est sequatur me. et cum omni
tribu sua exiit in solitudinem. omnia relinquens.
multique cum filiis et uxoribus ad solitudines confu
gerunt. malentes herbis uti quam inquinari. quos
iudices regis prius verbis flectere conabantur: ut eli
gerent que prosunt. ne eis tanquam hostibus uterentur.
Qui noluerunt eos audire. Tunc emissarii regis
aggressi sunt eos in diebus sabbatorum. quibus nefas
erat eis arma mouere. et percusserunt quosdam.
alios in speluncis globis fumiferis suffocantes.
et perierunt ex eis. i. plures liberati: ad iuncti sunt
mathatie. et cum iudicem sibi statuerunt. qui do
cuit eos pugnare in sabbatis. dicens. Si super hoc
legem seruabitis: eritis hostes legis. dantes eam
ut pereat populus dei. et lex cum populo peribit. et exiit:
dicit iosephus. permanet nobis consuetudo pugnan
di. etiam si tali die bella consurgant. Colligensque
mathatias armatos: aras deposuit ydolorum.
immolantes quos potuit interemit. pueros
non circumcisos iussit circumcidi. et anno uno
hunc gessit magistratum. Cumque graviter egro
taret: convocans filios ait. Ego decretam proficis
cor viam. commendo vobis patrias leges. ut pro eis
grata mente moriamini. Nam corpora mortalia
sunt. factorum vero monumenta immortalitatis or
dinem consecuntur. concordiam habete. et simonem
propter sapientiam in consiliis habete patrem. Iu
dam vero propter fortitudinem: ducem in armis.